



**CL. V. Ioannis Wamesii, I. C. Celeberrimi, In Academia
Lovaniensi Antecessoris Primarii, Responsorum Sive
Consiliorum De Ivre Pontificio Tomus ...**

Wamesius, Johannes

[S.l.], 1643

De Præbendis. Consilium CCLIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98691](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98691)

& ex eo in possessorio iudicio obtineri nulla ratione possit, *Petr. Rebuff. ad consil. Regias de caus. benef. possess. art. 1. gloss. unica*; sed Opponentem obstat notorius defectus tituli: *†* qui defectus etiam in interdicto recuperandæ possessionis spoliato potest obijci, *Ioan. de Imola in cap. cum Ecclesia Sutrina de caus. poss. & propr.*

Nec ad rem facit subsequens reservatio seu privilegium Præposito concessum: nam cum illa generalis sit, extendi non debet ad ea, quæ specialem rationem habent; hoc est ad ea, quæ pro communi Reipub. utilitate disposita & concessa sunt: qualis est hæc nominatio, ut Ecclesia literatis hominibus, quibus admodum indiget, ornetur, *c. cum ex eo De elect. lib. 6. & ibi Ioan. Monach. & studia amplientur, propositis huiusmodi præmijs. †* Quæ etiam causa est, cur Pontifex in dicta Bulla nominationum tam præcisas derogationum ad omnia præterita & futura inferi voluerit clausulas; ut contra eum nullus possit inutiliter provideri per litteras Apostolicas non facientes plenam ac expressam & de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem; non obstante qualibet Sedis Apostolicæ indulgentia generali vel speciali, cuiuscunque tenoris existat. Hæc enim clausula tam prægnans est, ut quia in posteriori atque contrario indulto dicti Præpositi, nominatim non est facta mentio istius prioris Bullæ aut Universitatis Lovaniensis, nil videri possit derogatum gratiæ nominandi. Quemadmodum in simili tradit Cynus, *in l. unica c. Quando imp. inter papill. & vidualas, & c. si Monialibus aliquibus concessum sit, ne teneantur ad collectas, quod etiam non teneantur ad collectas Cardinalium, etiam si in privilegio Cardinalium sit clausula derogatoria aliarum in contrarium facientium; adiectis etiam his verbis, etiam si de ipso fieri deberet mentio specialis: quia in concessionibus generalibus non veniunt ea, quæ Papa verosimiliter concessurus non erat, cap. ult. de off. vicarij lib. 6. †* Unde traditum est, quod velut ad trutinam verba privilegiorum eorumque proprietates expendenda sint; & in proposito coacervatio illa clausularum, & præcisa denegatio derogandi eo tendit, ut priori gratiæ stetur, quamdiu ei in ea forma, quâ concedens voluit, derogatum non est: ut in similibus terminis consulendo eleganter deduxit Cardinalis Zabarella, *consil. 136 redemptoris.*

10 Quamobrem nihil etiam operatur clausula decreti irritantis indulto Præpositi inserta: quia ejus effectus ad hanc gratiam antecedentem non pertingit, cui Pontifex derogari noluit, nisi certâ formâ verborum, *carden d. consil. 136. nu. 8.* Nam et si Papa manus sibi non liget per quæcumque indulta, *c. vadium c. Quamvis de præben. lib. 6.* adiectio tamen huiusmodi clausulæ facit, ut Papa non præsumatur in dubio voluisse à prioris voluntate recedere, nisi eum modum recedendi, quem sibi præscripsit, server, *c. Cum ordinem de rescrip. Innoc. in c. Significantibus De off. deleg.*

11 Pariformiter impedimentum non facit, quod in ipsa fundatione & erectione huius Canoniciatus sit reservata collatio soli Præposito: nam licet per Pontificia indulta, etiam quibus prægnan-

tissima derogatoriæ & derogatoriarum derogatoriæ clausulæ insertæ sunt, non censeatur derogatum ordinationi & iuri fundationis; ideoque virtute Nominationum acceptati non possint beneficia, quæ pertinent ad ius patronatus aliqujus, *c. 2. De præben. lib. 6. c. Cum dilectus De iure patron. id tamen generaliter verum non est, sed obtinet tantum in fundationibus, ordinationibus, & iure patronatus laicorum, non etiam Ecclesiasticorum, d. cap. 2. Doct. in d. c. Cum dilectus*; qualis est ista fundatio, erectio, ac reservatio facta clerico sacerdoti in dicta Cappellania suppressa, & quoad ius conferendi in favorem ipsius Præpositi etiam Ecclesiasticæ personæ, *not. in c. dilectus De off. legat. Steph. Bertan. consil. 104. Legatus de latere vol. 8.* maius enim imperium in hos sibi vindicat Pontifex. Unde generaliter traditum est, Nominationes Universitatum rectè dirigi patronis Ecclesiasticis, *Petr. Rebuff. in tract. Nominat. quæst. 8. nu. 21. & 22.*

Sed nec obstat, quod dicitur de affectione & speciali conditione huius Canoniciatus; quasi debeat uni ex ijs, qui in dicta Ecclesia in minoribus prius deserviverunt; uti videtur ex Bulla Martini, quæ multis annis antecedens Cappellanas dictæ Ecclesiæ sacerdotibus servitoribus Ecclesiæ affecit; sic ut in locum unius Cappellaniæ per ejus suppressionem surrogatus hic Canoniciatus, ejus naturam in eo saltem retinuisse videatur, *Nicol. Everardi Præses in loco à vi surrog. Nam si ve id verè dici possit, si ve non, potior semper est causa Impetrantis; tum quod ipse sit sacerdos, & sic magis qualificatus quàm Opponens, qui clericus tantum existens, aspirare non potest ad præbendam sacerdotalem, d. c. Cui de non sacerdotali, velin. inc. Cum accessisset nu. 17. De consil. tum quod ea consideratio ad hanc Præpositi collationem accommodari non possit; † ob id, quod ab eâ formâ recedendo iure suo saltem hac vice exciderit, conferendo scienter suo consanguineo notoriè indigno, hoc est sic non qualificato, ut requirit beneficii conditio, *c. Cum in cunctis §. fin. De elect. c. Cum singula §. prohibemus De præben. lib. 6. c. Postulatus c. Apostolica De cler. excommun. ita ut vel ex hoc solo non possit ex dicta collatione prætexere coloratum titulum. Quem cum ex dicta nominatione coloratissimum, imò iustum habeat Impetrans, merito obtinere debet in hac possessoria causa.**

De Præbendis.

S V M M A R I V M.

Possessorium ex indulto nominationis Universitatis Lovaniensis.

Nominatus an acceptare possit beneficium, quod nominationis factæ tempore jam vacabat.

1. Verba futuri temporis etiam ad præsens & præteritum pertinere.
2. Vacaturum etiam dicitur quod iam vacat.
3. Mandatum de vacaturo beneficio extenditur ad id quod etiam prius vacavit.
4. Gratia de vacaturo beneficio est otiosa, seu in vacante.

CON.

CONSILIVM CCLIII.

INDVLTO facultatis nominandi per Fel. Rec. Sixtum Quartum Papam Vniuersitati Studij generalis oppidi Lovaniensis concessio inter alia continetur, quod vigore illius nominati Collatores ad quorū collationes facta est nominatio, teneantur illa providere de beneficio, quod post nominationem huiusmodi ipsi factam quovis mense perpetuis futuris temporibus vacare contingeret, & ipse nominatus infra unius mensis spatium postquam sibi de huiusmodi vacatione constaret, duxerit illud acceptandū. Quæ verba Advocatus D. Matthæi Mollet huius causæ possessoria Impetrantis adversus M. Simonem Simonis Opponentem ad corticem literæ sic accipit, quasi dicto M. Simoni per Rectorem & Deputatos dictæ Vniuersitatis, Decano & Capitulo Collegiæ Ecclesiæ D. Piatii Secliniensis duodecima mensis Ianuarij hoc eurrente anno 1587. nominato, non liceret acceptare Cappellani ad Altare S. Michaelis in dicta Ecclesia Secliniensi, quæ antea cæperat vacare octava ejusdem mensis Ianuarij ex morte D. Hellæ des Planques, & sic ante non post diem nominationis dicti nominati: ita quod sub hac ejus gratia & nominatione non videatur comprehensa saltem pro ista vice seu ex ista vacatione hæc Cappellania, quam non contigit vacare post nominationem: quasi cum verba indulti non conveniant nisi vacaturis, adaptari non possint de præterito vacantibus, l. 4. §. toties & ibi Bart. De damno infecto Sed nimis evidenter captiosa & absurda est talis dicti indulti interpretatio, quæ vacationem post nominationem contingentem sic ad futurum tempus restringit, ut illius initium nullum possit esse ante nominationem. Neque enim ista verba indulti initium ipsius vacationis respiciunt, sed quodcumque aliud tempus, quo beneficium vacare reperitur, sive ex novo initio id contingat, sive ex perdurante continuatione præcedentis vacationis, hoc est sive beneficium vacare cæperit, sive vacare perrexerit post nominationem. Quod in proposito iustum non potest habere dubitationem, quod hæc verba, *Vacare contingeret*, non omnimodò futuri temporis præcisam habeant significationem, sed mixtam, hoc est perinde præsentis ut futuri extensivam, cum temporis aliquo tractu & spatio tam antecedente quàm sequente, si modò perdurante, l. 2. in fine D. Ex quibus causis in pessi. eatur l. 1. d. Vnde legitimi. Iuxta illud, quod vulgò apud Grammaticos traditur, verba temporis subiunctivi, & præsentis operativi habere significationem non tantum futuri, sed etiam præsentis temporis, Bart. in l. Quintus 2. §. item scribit de auto & arg. legato, Car. Ruini confil. 89. Super his quæ proponuntur nu. 16. vol. 1. Item quod si futurum non pertinet ad præteritum finitum, recidat ad potestatem temporis præsentis, l. Verbum erit de verb. signif. l. si stipulatus §. cum stipulamur & ibi DD. de verb. obligat. l. Novissima d. Ind. solvi. Nec sanè mirum in proposito casu, in quo casus seu contingentia vacationis in consideratione tantum habetur, & perinde verificatur in præsentem tempore nominationis, ut in sequente post nominationem, si modò hoc tempore perduret casus seu vacatio. Quinimò quod amplius est, si præcisioribus verbis & magis præcisè tempus futurum significantibus

conceptum fuisset dictum indultum de beneficijs vacaturis post nominationem, adhuc posset nominatio effectum consequi in beneficio vacante ante nominationem, si modò adhuc vacaverit tempore acceptationis. Quæ enim in præsentem vacant in posterum adhuc vacare rectè dici possunt, quamdiu in tali vacatione perseverant, & à Collatore facultatem conferendi habente collata non sunt: nam, ut inquit Glossa, in clem. 1. in V. notitia de concess. preb. quod vacans reperitur, rectè dici potest quod adhuc vacabit; aliudque est dicere *vacabit*, aliud *vacare inchoabit*. Ex quo illud quoque est, quod tradidit Cynus, in l. cum uxori C. Quando dies legat. vel fideicom. cedat, dum Papa confert primam vacaturam, vigore illius collationis acceptari posse beneficium etiam tempore huiusmodi collationis vacans. Quod concordat opinione sequuntur & comprobant Angelus, l. Imola, Castren. Iason, & plerique alij, in l. Titius §. Lucius de liber. & posthumis. Et ex eadem ratione responderunt Alexander, confil. 146. in causa & l. i. vol. 5. nu. 5. confil. 95. Requiris super dispensatione nu. 8. vol. 7. & Decius, confil. 233. Viso tenore nu. 4. quod mandatum Papæ de providendo alicui de vacaturo beneficio, possit explicari & executioni mandari per Executorem seu Commissarium in beneficio, quod vacavit ante huiusmodi mandatum, si modò adhuc vacabat tempore huiusmodi mandati, & potissimum executionis ejusdem. Rectè enim futurum prædicatur de præterito in actu reterabili & perdurante, Angel. & Paul. & Castro in d. §. Lucius: qualis est beneficij vacatio, quæ quamdiu durat, per singula temporum momenta fieri & reiterari intelligitur, Ioan. de Imola in cap. Constitutus & ibi Felin. nu. 22. de rescript. Et sanè proclivius in gratijs expectativis, quæ facilius explicari & executioni mandari possunt in vacantibus quàm in vacaturis beneficijs, quia de vacaturis beneficijs provisio odiosa est, c. Nulla de concess. prebend. & soli Pontifici permittitur; at gratia de vacante favorabilis, ut rectè in hoc articulo tradit Glossa, & Glossam ex Archidiacono sequutus Dominicus Germinianus in cap. Si postquam in verb. postmodum de preb. lib. 6. Quod & in specie in his gratijs seu indultis Nominationum graduatis concessis probat & sequitur Petrus Rebuffus, in tract. De nominat. quest. 15. nu. 33. Et ad Concordata Francia de collat. tit. de collat. §. præfatiq. ad verb. ante vacationem, ex auctoritate Glossæ Pragmaticæ sanctionis, sub tit. de collat. §. statuit ad V. inane, hac solâ ratione, quod beneficium dicatur vacare, & vacaturum, quousque legitime sit alicui collatum. Proinde non admodum bene fide Advocatus Impetrantis in contrarium adducit ejusdem Petri Rebuffi contrariam auctoritatem, ex Commentarijs ad Bullam Leonis x. in forma mandati Apostolici ad verb. post mensem: nam et si eo loco, unde illa adducitur, hoc primum tradat in dicta Bulla nominationum mentionem beneficij vacaturij post mensem restringi ad illius inchoationem, propter verba Bullæ sic concepta; paulo post tamen dicit cessantibus huiusmodi præcisivis verbis, vacaturi beneficij appellatione contineri, & proinde acceptari etiam posse quod vacavit seu vacat tempore concessæ gratiæ & acceptationis, ex auctoritate

supradictarum Glossarum, in d. cap. Si postquam
*6. m. d. Clem. 1. Ut proinde nulla ratione nobis
 fiat verosimile, quod Advocatus scribit de sen-
 tentia eiusdem Matthiae Paci, in tract. de
 mand. Apostolicis p. 4. vers. Sexto attenditur tempus,*
 quem hactenus videre numquam nobis con-
 tingit: nec aliud eum sentire arbitramur, quam
 quod idem Rebuffus loco iam designato tradi-
 dit, cum dicat illum ita sentire post praefatum
 Rebuffum; & non sit verosimile hunc aliter
 uno, quam alio loco sentire. Minus certe bona
 fide hac in eadem Advocatus ad auctoritatem
 vocat Andream Alciatum, in l. Verbum oportet
 De verb. signific. quasi is scripserit, verbum
 futuri temporis ad praesens, aut ad praeteritum
 non referri: cum in contrarium aperte tradida-
 rit, vi sermonis, verbo futurae significationis
 contineri praesens, adeoque etiam praeteritum,
 tunc cum dispositio tractum futuri temporis ha-
 bet, & res, de qua agitur, ad futurum durat,
 quod responso I. C. Pauli omnimodo conso-
 nat, in d. l. Verbum oportet. Quod ergo in dicto
 iudicio dicitur de beneficiis, quae perpetui futuri
 temporis vacare contigerint, indubitate ad va-
 cantiam tempore nominationis, perinde ut ad ea,
 quae post vacare primum incipiunt inferri & ac-
 commodari debet: & ita iam saepius in supe-
 rioribus tribunalibus iudicatum esse facile com-
 probari posset, si necessum foret. Et sic dicti in-
 dulti verba hactenus semper acceptata & practi-
 cata sunt, velut certa & indubitata interpreta-
 tione; à qua recedere non oportet, etiam si ali-
 quid absurditatis contineret, l. Minime n. de
 legib. Steph. Bertran. consil. 299. Ad faciliorem nu-
 12. vel 8. quod in proposito dici non potest:
 ut plurimum mirandum sit quod Impetrans ex
 tam fragili fundamento ius Opponentis sub-
 vertere conetur. Proinde partes Magnificorum
 Dominorum Iudicem esse putamus, ut in hac
 causa iudicent secundum conclusionem pro parte
 dicti Opponentis propositam.

De Præbendis.

SUMMARIUM.

Possessorium triangulare inter nominatum ex
 indulto Univerſitatis Lovaniensis, apostolicè
 proviſum, & ordinariam collationem ha-
 bentem.

Nominationis indultum an sit per Concil. Trid.
 revocatum?

1. Univerſitates ſtudioſorum ſavorabiles.
2. Nominato ſufficit ad eſſe requiſitas qualitates tem-
 pore nominationis.
3. Promoveri poſeſt in una Univerſitate, qui in alia
 ſtudit.
4. Nominatus acceptione ſequitur poſeſt quando-
 cumque Univerſitatem deſerere.
5. Studium quomodo accipiatur.
6. Divitia qui allegat probare debet.
7. Paupertas praſumitur.
8. Divitia patris an ſint filij.
8. Nominatus acceptare poſeſt etiam beneficum quod
 tempore nominationis facta vacabat.
9. Nominationis inſinuatio an in ſcriptis fieri debeat.

10. Inſinuatio nominationis eſt facienda.
11. Forma non curatur ubi eſſectus habetur.
12. Notario de ſacra citatione an credatur.
13. Vacaturum quomodo dicatur beneficum.
14. Separationum diverſa ratio.

CONSILIUM CCLIII.

IN tricipite proceſſu beneficii, qui in cau-
 ſa poſſeſſoria turbata & retinenda poſſeſ-
 ſionis peractus eſt in auditorio ſeculari Gu-
 bernantia Inſulensis, inter Dominos Ma-
 thaeum Mollet apoſtolicè proviſum Impetran-
 tem, ex una; D. Michaelem Mathieu ex ordi-
 naria collatione, ex ſecunda; & M. Simonem
 Simonis ex nominationis Academiae Lovani-
 enſis indulto, ex tertia partibus, Opponentes,
 de & ſuper poſſeſſione Capellae S. Michaelis Secl-
 niensis; videtur nobis praefati M. Simonis cauſa
 potior: eoſque propenſius, quod jam antea illi
 adverſus dictum D. Michaelem adjudicata fuerit
 recedentia ſeu fiduciaria poſſeſſio; quae ſolet ei
 ex litigatoribus adjudicari, qui apparentiora iura
 praetendit, ſcit. Rebuff. in tract. de ſentent. execut. gloſſ. 7.
 nu. 2. Et ſane diligenter in titulum & ius dicti M.
 Simonis inquirendo, eo loco ejus cauſam eſſe
 putamus, ut ſecundum eum adjudicatoria ſen-
 tentia plena, non tantum fiduciaria ſeu provi-
 ſionalis poſſeſſionis, per ampliffimos hujus au-
 ditorij Iudices ferri debeat. Ad quod demon-
 ſtrandum & deducendum plurimum dicto M.
 Simoni conſert ea conſideratio, quod, ſi ipſius
 nominatio rite facta eſt, nihilque ſit quod illi in-
 trinſecus obijci poſſit, alijs duobus omnino de-
 beat & in adipeſcenda & retinenda hujus Capella-
 nae poſſeſſione eſſe potior. Neque enim poſſit
 ordinarius Collator vigore ordinariae collatio-
 nis dicto Domino Michaeli hanc Capella-
 nam conferre, ſi per dictam nominationem ordi-
 narij Collatoris manus pro ea vice fuerint ligatae,
 c. Si poſtquam, de praeb. lib. 6. v. anor. in c. Dilecti
 De praeb. Neque etiam poſſit dictus D. Ma-
 theus Romae illam impetrare, ſi ante impetratio-
 nem ex dicto nominationis indulto dicto M. Si-
 moni de ea prius ſuit legitime proviſum, c. Eum
 qui, c. Hi qui De praeb. lib. 6. ſic quod illis duobus
 ex hac nominatione impedimentum; huic vero
 nominato per illorum proviſiones nullum fieri
 potuerit. Quae cauſa eſt, cur tanto molimine
 illi duo, & quidem iſtantijs diligentiusque
 praefatus D. Mathaeus videat conſ. 253: nihil
 non in medium protulerint; quo hanc M. Si-
 monis nominationem convellant & expugnent
 in quo verſatur totus hujus cauſae ſtatus.

Ad ſubverſionem hujus Nominationis dicti
 adverſarij, & praecipue dictus D. Michael, ipſum
 Nominationis indultum primum ex conditio-
 ne perſonae expugnant, ut D. Simonem illius
 incapacem faciant: deinde iſtam Capellaniam
 ſub hac Nominatione comprehenſam non fuiſſe
 autumant; denique ejuſdem nominationis ex-
 ecutionem non rite factam eſſe allegant: quae
 ſingula ordine diſcutienda ſunt, & pro dicto D.
 Simone reſolvenda.

Et in primis quidem dicto Nominationis in-
 dulto obijcitur (quamvis admodum obiter &
 uti videtur timide & frigide) quod Univerſi-
 tatibus